Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rei rvsticae libri qvatvor

Heresbach, Conrad

[Spira Nemetum?, 1603

Decembri

urn:nbn:de:bsz:31-138693

Visual Library

DECEMBRI.

Inuitat genialis hyems, curaſque reſoluit. Verg. Georg. 1.

Iã gruibus pedicas, & retia ponere ceruis. Idẽ.

Trituratur matutinis horis.

Lucubrationibus antelucanis, quibus non ſuppetit trituratio frumenti, alij aliis incumbunt operibus vtilibus.

Qui vineas habent, palos & ridicas præparant. Qui apes, apiaria. Alij alia conficiunt, quorum in aliud tempus, cum ocium non eſt, vſus eſſe poterit. Colum. 176.

Suum admiſſura hoc tempore, vel circiter, adhuc curanda, ſi ante neglecta.

Mactatio porcorum ſaginatorum paſſim frequentatur.

Materia hoc menſe cædi poteſt, & per totam brumam, luna decreſcente.

Bruma vel ſolſtitium hyemale VIII. *Calend. Ianuar. Plinio. lib. 18. cap. 25. Noſtri pridie Luciæ. i.* XII. *Decembris. Sed iam Gregorianum Calendariũ ad* XI. *Calend. Ianuar. i.e. 21. Decembris. Auibus capiendis hoc tempus accommodum.*

Halcyonij dies ſub brumã, ab halcyone fœtificante dicti: imago Eccleſiæ & piorũ dicti.